UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si reus vel accusator mor. fue.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

1 †Quando autem quis dicatur committere priuatū carcerem, de
tinendo hominem liberū, certe ſi detinet eum per xx. horas, puni-
2 tur, vt l. cap. v. ff. de adul. qd plene dic, vt ibi dixi. No. etiam † ex hac
l. in princ. quod appellatione diœceſis continetur ciuitas. dicit ex
Egyptiaca diœceſi. Continet enim totam Egyptum, ⁊ ciuitatem
Egypti. In contrarium videtur extra de reſcrip. c. Rodulphus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Homines. Quid autem ſi detineat mulierem ex cau-
ſa libidinis, an teneatur pena priuati carceris: vide Bart. in l. ve-
rum. de fur. ⁊ vide Bar. in l. ij. ff. de verb. ſigni.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit. Rub. VI.

LEX I.

ET ſi marcellus. Per mortē vnius ac-
cuſati, nō extinguitur
a accuſatio[a] quo ad alium de eodem crimine accuſatū.
1 h. d. No. ex hac l. † qd plures de eodē crimine poſſunt
ſimul accuſari, ſecundum veram opinio. vt l. inter liberos. §. fi. ff. de
b adul. Item mandans ⁊ faciens[b] poſſunt ſimul accuſari de eodem
crimine, quod dic, vt l. nihil. ff. de adulte. ⁊ hic tangitur per Cy. qd
no. ⁊ tene menti.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Extinguitur accuſatio. In materia huius l. ⁊ tit. vide
ſingularem queſtionem quam poſui poſt Bar. in l. ex iudiciorum.
ff. de accu.
b ALEX. ¶Mandans ⁊ faciens. No. mandans ⁊ faciens poſſunt
ſimul accuſari. l. minorib. §. de his quibus vt indi. per Barto. in l.
hos accuſare. §. lege. ⁊ l. nihil. §. fi. ff. de accuſa.

LEX II.

SI is quem. Mortuo accuſato, etiam liberatur
accuſator. h. d.

LEX III.

SI vt proponis. Licet mortuus ſit qui de
falſo inſtrumēto accuſaba-
tur, poteſt tamen accuſari, qui eo vtitur. h. d.

LEX IIII.

DEfunctis. Defuncto reo extinguitur accuſatio,
niſi ſeipſum occiderit. h. d.

LEX V.

SI quis cum. Si pendente appellatione, a
ſnia, in qua tacite venit bono-
rum ademptio, reus, vel accuſator deceſſerit, pena extin-
guitur, ſed ſi bona adimantur, expreſſe durat cauſa propter quā
bona adimuntur, quod habuiſtis in l. iij. ſi pen. appel. mors inter-
ue. ⁊c.

Si quis imperatori maledixerit. Rub. VII.

LEX VNICA.

SI quis. Qui maledixit Imperatori, eſt ad
ipſum remittēdus, vt ex pſona eius,
a qui dicit eſtimetur [a], nec eſt ab alio puniendus. h. d.
1 No. tex. ibi, vt ex † perſonis hominū dicta pēſemus.
Unde qualiter ſint metuende mine ex perſonis ho-
minum conſideratur. Habuiſtis in l. metum. ſupra, quod metus
cauſa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Eſtimatur. Qualiter iniurie ſint conſiderāde, vide ad
iſtum tex. quod no. Bar. in l. Turpia. ff. de leg. j.

Ad legem iuliam maieſtatis Rub. VIII.

LEX I.

ETiam ex alijs. Qui contra legem iudicat,
in l. iul. maie. nō incidit. hoc
dicit.

LEX II.

ALienam. Qui iuramentum preſtitum non obſer-
uat, in hanc l. non incidit. h. d.

LEX III.

SI quis alicui. Ex hac l. accuſati torquen-
a tur,[a] nec aliquo priuilegio ex-
cuſantur. Idem in accuſatore, ⁊ cōſocijs. h. d. Uide gl. ſu-
1 per verbo, conuictus. Ex hac glo. no. duo. † Primo, quod vnus te-
ſtis facit indicium ſufficiens ad torturam. Uidiſtis in l. in bone fi-
dei. §. de iureiur. ⁊ ff. eod. tit. in l. admonendi. Secundo no. quod li-
2 cet † communiter omnes leges loquantur in plurali, ⁊ dicant pre-
cedentibus indicijs, tamen ſufficit vnum bonum indicium, ⁊ ſic te-
net glo. tua, quam vide ⁊ not. De iſtis indicijs dixi plene. in l. fin. ff.
de queſtio.

ADDITIO.

b ALEX. ¶Accuſati torquentur. Uide Bart. in l. j. §. ad queſtio-
nem. ff. de queſtionibus.

LEX IIII.

NUllus. Poteſt quis ſuum priuilegium allegare,
ne torqueatur, preter quam in crimine leſe
maieſta. h. d. hec l. notabiliſſima.

LEX V.

a **QUiſquis.** [a] Qui proditionem fecerint, vel tra
ctauerint cōtra principem, vel eos,
qui ſibi aſſiſtunt puniuntur morte, ⁊ publicatione bono
rum ⁊ eorum filij non ſunt capaces hereditatum, vel le-
b gatorum, nec ad teſtimonium,[b] honores, vel officia admittuntur,
filie ex hereditate paterna nihil capere poſſunt: ex bonis vero ma-
c ternis[c] legitimam tantum capere poſſunt, vxores eorum dotes re-
cuperant, ⁊ idem in ſocijs ⁊ participibus dicti criminis. Sed qui
d proditionē reuelauerit, venia dignus erit. h. d.[d] Et primo facit ad
1 q. quam habui de facto in hac ciuitate. † Statutum eſt hic, quod
quicunque preſtiterit auxilium, vel fauorem alicui exbannito. pro
proditione huius communis, puniatur certa pena. Modo qui-
dam de hac ciuitate procurabat quod dominus Petr. de Spole.
qui erat exbannitus vt proditor huius communis rebanniretur,
querebatur vtrū incideret in iſtam l. tanquam preſtans conſilium,
⁊ fauorem exbannito pro proditione: Quidam Canoniſte dice-
bant quod non, per decretales que dicunt quod licet non ſit alicui
licitum communicare cum aliquo excōmunicato, hoc eſt verum,
niſi pro eo reconciliando eum audiet, ita in propoſito ille, qui pro-
curabat quod rebanniretur, faciebat vt reconciliaret eum huic
communi, ⁊ ſic nō incidebat in legem. Ego dicebam quod hic erat
caſus in cōtrarium, ibi, denique iubemus etiam, ⁊c. Non ob. quod
dicitur de excommunicatione, quia ſententia excommunicationis
eſt medicinalis, non mortalis, vt in cap. cum medicinalis, extra de
ſenten. excom. lib. vj. Nunquam enim aliquis excommunicatur, vt
perpetuo ſit condemnatus, ſed vt ab inobedientia deſiſtat, ban-
num vero, quod datur hodie ſecundum ſtatuta terrarum eſt mor-
tale, ⁊ elapſo termino banni, non daretur ſibi venia comparenti, ⁊
venienti ad mandata, ideo non eſt ratio eadem quod ſepiſſime ac-
cidit, ſpecialiter hic.

ADDITIONES.

* ALEX. ¶Quiſquis Ad hanc l. vide Bar. in l. conſtitutionibus.
ff. de appel. qualiter debeat intelligi hec lex dicam j. in fin.
* CLAVD. DE SEISS. ¶Nunquid iſta pena reſpiciens filios
habeat locum quādo de crimine patris cognoſcitur poſt mortem.
Uidetur quod non: quia iſta lex loquitur in caſu quo viuens fuit
pater damnatus: ergo cum ſit penalis, exorbitans ⁊ odioſa, non
debet extendi ad alium caſum, maxime quando eſt eadem ratio ſe-
cundum ea que habentur in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſc. ⁊
quod ibi not. Barto. ⁊ doctor. in l. cum filius. in princip. ff. de verb.
oblig. ⁊ facit l. abſentem. ff. de penis. ⁊ expreſſius Barto. in l. fi. §. ad
crimen. ff. de public. iudic. In contrarium tamen quod imo dicta
pena habeat locum in predicto caſu eſt text. in c. ſtatutum. in verſi.
hoc ſane. ibi, qui tales eſſe vel deceſſiſſe probantur. de heretic. lib.
vj. qui text. loquitur de huiuſmodi penis filiorum ⁊ nepotum. ⁊ ita
reſideo. facit l. ordo. ff. de accuſ. ⁊ quod not. Barto. in l. infamem. ff.
de pub. iudic. Poſſet tamen ad illud ſecundum reſponderi, quod
illud ſit ſpeciale in crimine hereſis: quod non eſt trahēdum in cri-
mine leſe maieſtatis, in quo non eſt tanta ratio, vt probatur in ca.
vergentis in fi. de heret. ⁊ ita in ſimili reſpondet Aret. in c. qualiter
⁊ quando. ij. de accuſat. In contrarium facit quod not. Barto. in l.
ex iudiciorum. in queſtione de bannito de accuſat. cum concord. ⁊
quod habetur in extrauag. ad reprimendum vbi proceditur in cri-
mine contra abſentem. Pro prima parte facit quod not. Salyc. in
l. hi qui. in fin. per illum text. iuncta l. ſeq. C. de apoſta. alias eſt in l.
apoſtatarum. eod. titu. ad idem quod not. Hoſt. in ſumma, de here.
§. qua pena feriatur. verſicu. veruntamen ⁊ prima ſententia. Item
omnia iura que dicunt contra heredes ⁊ filios procedere, dicunt
ſimpliciter quoad bona: ſiue leges inſpiciātur ſiue canones. Quid
autem ſi per ſtatutum vel ſententiam pronunciaretur quis rebel-
lis, ⁊ ſui, an comprehendentur filie, vide Aret. conſil. xxxix. deter-
minantem quod non.
a AND. BARB. ¶Pōdera ſi adduci poſſet ad qōnē, quā tetigit
Bal. i l. j. in pū. ff. de ver. ob. de phibito loqui cū bannito: an ſit pro-